

x In hoc tamen ducatu. Occidentales banniti tenentur se constituere citato fisco, & affinis interfecit; potissimum stante statuto Mediolani, quod calumniatus teneatur venire personaliter in cap. 19. in criminalibus, & secundum hanc facit Farin. d. q. 99. num. 261. videndus etiam erit Bar. in l. si seruus. in fin. vbi apponit C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt. Ros.

y Nullitate ex ipsa meritis.] Pone exemplum, prout est, quando non constat de delicto, & tamen iudex contra aliquem indebitè procedit, vt est sup. q. 51. vers. fama, supr. hac eadem questione, vers. Hac autem conclusio ad si. Boer. addit. ad Dyn in reg. Postest quis sub nu. 2. littera A. de reg. iur. in 6. Drog.

z Sententia criminalis.] Vt puta, si ex actis constat, Farin. d. q. 99. num. 180. & seq. Ros.

a Tu scis.] Farin. vbi supr. num. 116. & seq. & quid in personis illustribus per eundem d. q. 99. num. 115. cum alijs pluribus. Ros.

b Quæro nunquid ea, quæ dicta sunt.] Adde 53] videndum Menoch. de Arbitr. iudic. quæst. 79. Baiard.

c Procurator constituitur.] Adde, vide, & quando procurator accusatoris nomine possit in iudicio interuenire, diligenter explicatum per Iacob. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 79. Giach.

d Quicquid sit de iure. Bonacossa quæst. crim. verbo accusatio Ros.

e Pone, quod in causa criminali.] Farin. d. q. 99. nu. 242. & duobus seqq. Ros.

hoc autem Ducato seruatur totum contrarium; nullus enim admittitur ad dicendum de nullitate, nisi se personaliter constituat, quando non vult demonstrare nullitatem ex ipsismet actis resultantem, sed per alias extrinsecas probationes; hoc vt si in ipsis probationibus deficeret, possit contra eum sententia mitti executioni. Et reperio etiam, quod Afflict. super 2. par. constitutioni Regni, rub. 3. nu. 27. in fi. dicit, quod vidit pronuntiarum aliquas sententias criminales nullas, quia esset late contra clericum, velp errorè, dummodo talis nullitas allegaretur per ipsummet principalem, & non per aliquem suum procuratorem, vel coniunctam personam.

secundo prædicta confirmatur, lib. 5. * In hoc tamen Ducatu non admittitur procurator ad exhibendum bannum, nisi reo in carceribus constituto, prout etiam seruatur in Regno Neap. ut videri potest apud Caran. super ritu 269. magna curia, num. 3. Et ita expressè rescripsit Senatus Prætori Fontanetti 7. Martij 1559. P. N. Multi enim sunt casus, in quibus bannitus non potest impunè offendi, vt dixi in alleg. S. homicidium, vers. sed hic quæro, & alijs seq. Et ideo, ne si homicidia esset condemnandus, condemnatio illa redderetur elusoria, cogitur ipse ad personaliter comparandum: sed deinde legitime constituto de banno, citato fisco, & proximioribus interfecit, & quod licitè offendi potuerit, statim reus liberatur. Bene verum est, quod si plures interficiant bannitum, & aliqui ipsorum personaliter compareat, & exhibito banno, ostendat illum impunè occidi potuisse, possunt deinde alij socij admitti ad comparandum, & exhibendum bannum, absque eo, quod se personaliter constituent. Et ita rescripsit Senatus Prætori Papiæ 1550. P. N. in causa cuiusdam Antonij Nofini capitaliter condemnati, & banniti. Quod nota.

21 Quæro, an in causa nullitatis sententia criminalis admittatur procurator. Resp. Bened. de Plumb. in d. S. ad crimen, nu. 99. refert, quod Bald. quem appellat doctorem suum, tenuit quod sic, & quod dicit ita quotidie praticari. Quæ opi. etiam ipse sequitur, dummodo agatur solummodo de nullitate sententia, non autè de iniquitate: & dicit se ita iam obtinuisse de facto. In

hoc autem Ducato seruatur totum contrarium; nullus enim admittitur ad dicendum de nullitate, nisi se personaliter constituat, quando non vult demonstrare nullitatem ex ipsismet actis resultantem, sed per alias extrinsecas probationes; hoc vt si in ipsis probationibus deficeret, possit contra eum sententia mitti executioni. Et reperio etiam, quod Afflict. super 2. par. constitutioni Regni, rub. 3. nu. 27. in fi. dicit, quod vidit pronuntiarum aliquas sententias criminales nullas, quia esset late contra clericum, velp errorè, dummodo talis nullitas allegaretur per ipsummet principalem, & non per aliquem suum procuratorem, vel coniunctam personam.

22 Tu scis, quod in causis criminalibus aliquando dicitur procedi per viam exceptionis, vt dixi supra q. 19. vers. per exceptionem: Quæro nunquid in huiusmodi causis possit procurator interuenire. Resp. Aut exceptio criminalis tendit solummodo ad repellendum accusatorem ab accusatione, vel testem à testificando, vel impediendam missionem in possessionem prælati ad dignitatè, vel beneficium, ad quod est promotus, vel huiusmodi: & hoc casu vtique potest admitti procurator: talis enim causa non dicitur criminalis, vt ibi dixi, sed civilis merito est procurator admittendus, & ita concludunt omnes Doct. vt dicit Foller in præf. crim. can. fol. 104. num. 4. Aut verò exceptio tendit etià ad puniendum, puta, quia proponendo exceptionem criminis petatur non modo accusatorem, aut testem repelli, sed etiam puniri: & tunc non est admittendus procurator: quia in huiusmodi exceptione ipse accusatus, sive excipiens assumit partes accusatoris. Et ita concludunt omnes Doct. vt dicit Blan. in præf. crim. f. 25. Vide, quæ dixi in allegata q. 19.

23 Quæro, nunquid ea, quæ dicta sunt in reo, habeant locum etiam in accusatore, seu denunciante, vt scilicet neque ipsi possint in causis criminalibus procuratorem constituere. Resp. Alber. in d. S. publicè. post num. 18. tenuit, quod non possunt constituere procuratorem, quia quod non licet accusato, neque etiam licere debet accusatori: & dicit Rubens in d. S. ad crimen, num. 7. quod hæc videtur crebrior & solidior sententia: sed quicquid sit de iure, contrarium seruatur in practica, vt dicit Caran. super ritu 108. Magna curia, num. 3. in fin. semper enim admittuntur procuratores querelantium, sive accusatorum, etiam in causis capitalibus, & merito, cessat enim ratio communis, de qua supra, vers. ratio autem. quod scilicet iudicium redderetur elusorium, ex quo pena talionis hodie est sublata, vt dixi infra q. 81. Et ideo neque etiam coguntur hodie accusatores ad ingrediendum carceres, vt dixi supra q. 18. vers. quando deinde. non enim agi potest de aliqua executione personali contra ipsum accusatorem faciendam. Vnum tamè nota in hoc proposito, quod si ipse accusator non possit, si esset ab alio accusatus, per procuratorem comparere ad se defendendum, puta, quia esset bannitus, vel accusatus de aliquo crimine, pro quo non posset se per procuratorem defendere, eo casu non posset neque etiam per procuratorem alium accusare. Ita allegatur tenerè Bald. in l. reos, C. de accusatio. Et dicit Nell. de bannitis, in 3. par. 2. temporis, q. 68. quod ita seruatur, prout illi refert Cæpoll. cons. crim. 20. col. 2. vers. imò plus dico. Et sic hoc casu esset seruanda in practica communis opinio. Quod nota.

24 Pone, quod in causa criminali comparuerit procurator, & contra eum nihil fuerit oppositum, sed fuerit admissus ad defendendum reum, cum tamen de iure admitti non deberet, nunquid processus superinde agitatus valebit, an autem erit ipso iure nullus? Resp. In hoc articulo varia fuerunt scribentium opiniones. Nam gloss. in cap. 1. in verbo, Criminalis, de iud. in 6. tenet, quod talis processus valeat & dicit Bald. in d. S. publicè, post num. 6. vers. vlt. rursus quæro, quod hæc opin. per omnes Canonistas approbatur. Hanc etià dicit esse communem opin. Bald. in lita demum, post num. 2. C. de procur. quem refert Bertran. cons. 358. circa princ. lib. 4. quod est duplicatum in cons. 1. num. 2. lib. 5. & Felin. in cap. meminimus, num. 18. de accusat. & Vantius de nullitate, fol. 239. num. 177. & Dec. in l. in ambiguis, §. non est nouum, num. 11. ff. de reg. iur. & cons. 469. in fi. & Mars. in præf. crim. S. sequitur, post num. 17. & Pract. Conradi, fol. 254. in fin. Corsetus in verb. Procurator, in singul. incip. licet quis. Et dicit Imola in d. S. ad crimen;

crimen, quod ita seruatur in practica, prout illum refert Rubens in eod. §. ad crimen, num. 99. Contrariam autè sententiam, scilicet, quod imò etiam si non fuerit oppositum contra procuratorem, nihilominus processus factus eo interueniente, in casibus, in quibus de iure admitti non debebat, sit ipso iure nullus, multi etiam tenuerunt adeò quod Gomez. in dict. cap. 1. post. u. 80. vers. quid tenendum, dixit, quod opi. contra illam gloss. sibi videtur magis communis, quem refert Menchiaca controuers. vsu frequentium, cap. 20. post num. 5. & ante eum Aret. in m. d. cap. veniens, post nu. 87. dixit, quod hæc est communior opinio. Quod verbum pro singulari refert, & idem attestatur Rubens in d. S. ad crimen, num. 231. Anto. Gomez. cap. 1. delictorum, n. 16. Ego vero dico sic: Aut delictum est tale, pro quo non potest procedi, nisi ad querelam partis, & tunc procedit opi. gloss. pars enim ipsa sibi imputet, si non opposuit contra procuratorem, & fecit ipsum repelli. Aut verò ex eo delicto pote-

rat etiam procedi ex officio: & tunc licet non fuerit oppositum, processus factus per procuratorem, qui non erat admittendus, est nullus, quia partis, aut iudicis malitia, negligentia, aut imperitia non debet iuri publico nocere. Et dicant Doctores, quidquid velint, consuetudo ita obtinuit, quod omnia gesta per procuratorem in causa criminali, vbi agatur de pena corporis afflictiva, sint ipso iure nulla.

35 Vltimò quæro, in casibus, in quibus procurator in causis criminalibus admittitur, an sententia ferenda sit contra dominum absentem, an autem contra procuratorem presentem. Respond. In hoc puncto variæ fuerunt Doctorum opiniones, propterea ad omnes dubium euitandum vsus obtinuit, quod vterque condemnatur. Et ita de facto seruari, & secundum vsum curiarum attestatur Iacob. de Beluis. in præf. crim. in verbo, Criminaliter condemnari, num. 3. Menchiaca controuers. vsu frequentium, cap. 20. post num. 1.

QUESTIO XXXIII. Excusator an admitti debeat in criminalibus causis.

SUMMARI A. Ex Claro.

- 1 Excusator an possit in causis criminalibus interuenire.
2 Et quid in casibus, in quibus potest absens diffinituè condemnari.
3 Et an audiendus sit excusator sine mandato.
4 Et an teneatur prestare fideiussorem desistendo principali in iudicio.
5 Et an audiatur pater pro filio, dominus pro seruo, Abbas pro monacho, ciuitas pro ciue, dominus pro subdito, Episcopus pro clerico, vxor pro viro, &c.

Ex Additionibus. 1 Excusator an interueniat in causis criminalibus, remissiuè.

- 2 Excusator in criminalibus non admittitur, nisi reis carceraus in statu ecclesiastico.
3 Idem in Regno Neap.
4 Idem in Regno Francie
5 Idem in statu Mediolani.
6 Idem Florentie.
7 Exceptio incompetentiæ iudicis potest per quemlibet proponi.
8 Infamis admittitur pro alio ad allegandum in competentiam fori, si ex actis illa appareat.
9 Iudex an possit dicere defensori, volo, quod veniat principalis tanquam melius informatus.
10 Procurator admittitur ad declinandum furum.
11 Procurator generalis ad omnes causas non potest comparere in causa criminali.
12 Pater non admittitur in criminalibus pro filio in statu ecclesiastico, nisi pro suo interesse.
13 Pater non potest filium absentem in criminalibus defendere, etiam pro suo interresse vti pater, sed solum proponere certam defensionem, sicut posset procurator.
14 Priuilegium quando allegari possit.

ADDITIONES, Ad Quæst. XXXIII.

a Actenus de procuratore.] Adde, quod multa in hac materia excusatorum, habentur per Anton. de Carrar. in tractatu suo de excusat. vide etiam Crauet. cons. 6. num. 88. Afflict. decil. 289. & Boff. in tit. an in crim. iud. num. 7. Baiard. b Sed quod plus est.] Quid in casibus, in quibus potest diffinituè condemnari, Farin. q. 99. numer. 171. vique 175. vol. 4. & num. 230. Ros. Quam



Actenus, a de Procuratore dictum est: Nunc de Excusatore videamus. Sciendum est autè, quod regulariter in omnibus, & quibuscunque causis criminalibus, in quibus potest contra absentem procedi, semper admittitur excusator, & hæc quidem consilio de plano procedit, quando talis excusator non proponit aliquas

defensiones ipsius rei, sed tantummodo allegat eius absentiam: nam eo casu vtique admittitur. Et ita communiter seruari in iudicijs attestatur Alber. in d. S. publicè, post numer. 16. Idemque si alleget infirmitatem ipsius rei, vel carcerationem in alio territorio, vel alia impedimenta, propter quæ non posset reus, etiam si vellet, personaliter cõ-

parere, nam ad proponendas huiusmodi exceptiones quilibet admittitur. Ita tenet Barr. in d. S. ad crimen, nu. 16. & est communis opi. vt ait Marian. in d. c. veniens, n. 67. de accusat. Et in hoc videtur esse difficultas: quia ad has exceptiones proponendas etiam procurator admitteretur, vt dixi supra vers. prædicta autem. Fortius etiam sentire videtur Alber. in d. S. publicè, post num. 25. vers. De secundo genere, quod secundum communem opinionem debeat admitti excusator etiam ad media cause, & alios articulos incidentes.

2 Sed quod plus est, multi etiam tenuerunt, quod in omnibus casibus, in quibus absens potest diffinituè condemnari, sit admittendus excusator absolute, etiam ad probandum eius innocentiam. Et hanc opin. dicit esse magis communem Aret. cons. 146. nu. 6 vbi loquitur etiam, quando talis excusator comparet post primum bannum, ex quo virtute statuti contumax habetur pro confesso: & Aret. refert, & sequitur Marsil. consil. 39. nu. 30. & consil. 73. num. 39. & consil. 81. num. 57. & consil. 90. num. 3. & præf. crim. S. sequitur, num. 46. relatus & ipse per præf. Conradi, fol. 264. in 27. limit. & Apostil. ad Ang. de malef. in verbo, Qui dominus iudex, sub numer. 13. Hanc etiam opin. attestatur esse magis communem Capol. consil. crim. 51. circa med. 1a. in l. hi qui, num. 7. C. qui testa. facere pos. quæ refert

c *Quam dixi.* Farina. supra nu. 249. 251. & 253. & 254. & 255. Ros.
 d *Ratio autem huius conclusionis.* Farin. supra num. 232. Ros.
 e *Sed certe.* Farin. supra nu. 336. & 238. Ros.
 Sed certe hoc opinio.)
 Adde, quod in omnibus ferè prouincijs, & ciuitatibus extant prouisiones, quibus cautur, vt tales excusatores nõ admittantur, nisi reis in carceribus constitutis. In statu Ecclesiastico ¶ adest constit. Marchie, lib. 4. c. 15. & Motus proprius Pij IV. (sub tit. q. banniti, & homicidæ non audiuntur nisi in carceribus constituti. In Regno ¶ autè Neapol. adest ritus 169. Idem in Regno Francie, & vt ¶ attestatur Rebuff. super constitut. vol. 3. in tractat. de excusat. in fin. & in statu Mediolani, & Florentie ¶ similes constitutiones. adesse ¶ affirmat Boff. in tit. an in criminalibus iudic. nu. 8. quibus statutis nõ obstantibus, ¶ exceptio competentie iudicis, per alium proponi potest, Bal. in l. reos, C. de accusat. & Gramat. in conf. 2. nu. 39. cum seq. de foriudin. post decil. vbi dicit etiam, quod si illa exemptio à iurisdictione citantis appareat ex actis, admittitur etiam in-
 8 famis ¶ ad ipsam allegandam. Baiard.
 f *Destrueretur.* Cartar. de execut. sentent. in præfat. numero quadragesimoquinto. Ros.
 g *Non sine risu exploderetur.* Idem etiam de Nerua Iuriconsulto I. est differetia in fin. quib. causis pig. tac. contrah. infr. q. 44. vers. quæro nunc ad fi. At de cedul. sup. q. 5. vers. scias etiam, q. 61. vers. sed hæc quidem, & in simili, de quo hic dicitur supra, quæstione trigesima prima, vers. fama publi. ibi, & si quis velle. Drog.
 h *Quinimò, vt dixi supra.* Adde Boff. in tit. an in criminali iudic. nu. 6. vbi videtur tenere contrariū, quod hoc non procedat, quando quis cõparet vt defensor, sed tantū quando comparet vt procurator, & de hac quæstione vide etiam Capyc. in deci. 143. Ego autè arbitror illud, q. procedit, quædo quis vult

rafert Rubens in d. S. ad crimen, numer. 172. & Gomesius Arias super leg. 74. Tauri, numer. 49. & Nouel. in tract. ad defensionem, fol. 21. unum decimo. Refert etiam Alex. consil. 4. num. primo, et seq. lib. 6. quod Imola in dist. cap. veniens, column. 27. de accusat. (cuius tamen lecturas super quinto decret. ego non habeo) dat hoc pro cautela, quæ dixit se tunc proximis diebus seruasse, & alius vidisse Bononia obseruari, quod scilicet compareat aliquis ad defensionem absentis tanquam instructor, vel infirmator de defensionibus ipsius absentis. Et dicit Alexand. in dicto consilio 4. quod omnes fatentur talē excusatorem, qui non compareat tamquam procurator cū mandato, sed vt quilibet de populo ad instruendum curiam, vel vi simplex defensor, posse, & debere admitti: subdēs, quod id ipsum fecerat ipse quoque pluries seruari, & quod ita communiter praticari, & seruari vidit. Refert etiam Ananias in eodem capitul. veniens, numero vigesimo secundo. Imolam ibi dicentem, quod licet quo ad procuratorem sint opinioniones, tamen in excusatore, ita omnes tenent, & illum refert Mars. conf. 60. numer. 23. Hanc etiam opinionē dicit tenere communiter omnes Doctores Legistas, & Canon. C. apol. conf. cri. 48. circa fi. Hanc etiam dicit esse cõmunem opinionem Grammat. consil. ciu. 37. num. 19. quem refert Vin. in libro communium opin. in verbo, Procurator in capitalibus. a *Ratio autem huius conclusionis per supradictos Doctores allegatur, quia Index debet omnibus modis veritatem indagare, & ex officio perquirere de innocentia rei, etiam nemine petente, prout est communis opinio, vt dicit Alber. in l. 3. C. de us. qui ad Eccles. confug. ita relatus per Brun. consil. feud. 67. numero 2. Et hoc indubitatum esse attestatur Aret. in consil. præ alleg. quem refert Marsil. in d. consil. 60. numer. 22. Eadem igitur ratione dicendum videtur, vt quod potest In-*

dex à seipso facere, idem etiā ei facere liceat isto excusatore, ant quol. bet alio subministrante testes, & indicia, ex quibus rei ipsius innocentia detegatur. Et ita hanc esse commun. opin. attestatur Gratius consilio decimo octauo, numero 8. libro primo. Et ideo Doctores præ allegati dat cautelam, quod compareat iste excusator, siue alius quilibet tertius, qui det in scriptis Indici ad partem super aliqua cedula nomina testium, qui deberent examinari ad probandum innocentiam rei: & dicunt, quod index tenetur illos examinari facere: & hoc modo reus faciet suas defensiones absque eo, quod personaliter compareat. Et hanc cautelam ponit Capoll. caut. 68. & dicit Blancus in pract. crimin. fol. 158. cautela 11. quod ita praticatur, & praticari potest. Sed certe hæc opin. mihi nunquā placuit hoc enim modo proculdubio destrueretur tota practica criminalis. Nam nullus inquisitus, vel accusatus comparet personaliter ad se defendendū, sed, vel ex officio, vel per huiusmodi accusatorem faceret testes ad sui defensionem examinari, absque vlllo capitis sui periculo. Et ita nunquā reus posset examinari, neque torqueri, nec vlla cõdemnatio exequi: quæ omnia iudicio meo sunt valde absurda, & ridentianda. Et miror, quod tot, & tanti Doctores illam opinionem tenuerint, aut seruauerint, quæ certè in hoc Ducatu non modo, non obseruatur, sed in omnibus curijs adeo recessit à practica, quod si aliquis aduocatus super ea insisteret, proculdubio non sine risu exploderetur.
 Quinimò, vt dixi supra quæstione proxima. vers. hæc autem, omnes ferè fatentur, quod potest index dicere excusatori, se velle, quod principalis personaliter compareat, tanquam melius informatus, vt etiam videatur, quo vultu, & qua trepidatione loquatur, secundum not. in l. fin. C. de proc. Et hoc non negat velle, & seruare communē practicam, Capoll. in d. consil. 51. circa princip. à quo nullo modo est recedendum, quicquid ipse Capolla ibi in contrarium alleget.

Sed nunquid excusator, qui aliquas excusationes vult proponere, est audiendus sine mandato? Respondeo: Aliqui simpliciter dicunt, quod requiritur mandatum, & quod talis excusator tenetur iurare, quod habet in mandatis absente illum excusandi, aliis non auditur. Et dicit Pract. l. doc. capit. 25. numero quarto, quod ita praxis ipsa vsu recepit. Alij verò dicunt, quod siquidem vult proponere excusationes necessarias, puta, quod reus est infirmus, vel quod est in alio loco carceratus, tunc admittitur etiam sine mandato: sed si velit allegare alias excusationes probabiles, puta, quod itinera non sunt tuta, vel quod reus in eo loco habet inimicitias, tunc non auditur sine mandato. Ita tenet Bartol. in dist. S. ad crimen. numero 18. Et hanc dicit esse communem Doctorem sententiam Rubens in eodem S. ad crimen, numero 201. & numero 212. in fin. Alij autè indistinctè tenent, quod excusator allegans quasunque causas absentie probabiles, licet non necessarias, etiam sine manda-

manda-

K *Et in hoc.* Farin. d. q. 99. 2. part. nu. 291. & num. 263. Ros.
 l *Secus autè si concerneretur.* Adde, quod etiā per ¶ procuratorē potest declinari forum, vt tenet Guid. Pap. decil. 338. n. 3. & ibi nu. 6. dicit, quod procurator generalis ad omnes causas ¶ nõ potest cõparere in causa criminali, sed requiritur mandatum speciale. Baiard.
 m *Quæro nunquid.* Excusator sine mandato, an fideiubere debeat, Far. d. q. 99. nu. 237. Ros.
 n *Vltimo quæro.* Pater, & dominus pro filio, vel seruo, quando audiatur, Farin. q. 99. nu. 154. & quinque seq. volu. 4. & nu. 163. & seq. Ros.
 o *Vltimo quæro, quid si pater.* Adde quod in statu Ecclesiast. ¶ adest constitut. March. lib. 4. c. 15. & c. 16. quæ disponitur, quod pater pro filio non audiatur, nec Abbas pro Monacho, nec Prælatus, aut dominus pro subdito, vbi pena sanguinis, vel iudicis arbitraria veniret imponenda, nisi reus se prius in carceribus constituerit, sed pater pro interesse suo audiendi debet, comparitiones autem, & iura patris filio in carceribus non constituto suffragari non possunt, idem protulsum fuit per Pium Quartum in constit. 76. Quinimò ibi disponitur, quod sententia pro reo personaliter non cõparente lata sit nullius roboris, & momentū, & debitis penis puniri debeat, ac si lata non fuisset.
 p *Item adde, quod pater aliquo modo nõ potest defendere filiū absentem de crimine imputatum, nec etiam pro interesse suo ratione patrie potestatis, sed solum proponere certam defensionē, quæ non tanget crimen, sicut posset procurator; Bar. de Valmar. in consilio 69. inter consilia crim. diuers. to. 1. vbi latissime. Baiard.
 q *Admittatur pater.* Item admittitur pater ad allegandum pro filio ¶ priuilegium clericatus, quando venit imponenda, pena corporalis. Similiter allegari potest aliud priuilegium ex quo notoriè constat citatum non esse sub-*

mandato sit admittendus. Et in hac op. Bart. communiter reprobari attestatur Cardin. Alex. in c. si quando, n. 212. q. 6. Et hæc opin. cõtra Bar. est magis æqua, & mihi magis placet, dūmodo absit calumnia, & tales exceptiões concernant tantummodo factum: secus autè si concernerent et ius, puta, declinatoriam fori, vel huiusmodi, nõ eo casu sequeretur opin. Bar. vs scilicet non esse talis excusator sine mandato admittendus. Et hæc omnia, nisi aliter consuetudine receptum esset, à qua (vt sæpè dixi) nullo modo arbritror esse recedendum. Quæro, in quibus excusator, qui comparet, teneatur prestare fideiussionem de iudicato soluendo, vel de præstato ipso inquisito. Respon. Si quidem comparet vt defendat inquisitum, tenetur satisfare, alias non auditur: sed si tantummodo excusat eius absentiam, non tenetur satisfare. Et ita communiter tenetur, & seruatur, vt dicit Alber. in d. S. publicè, n. 12. in fi. Hæc etiam dicit esse veriorē, & crebriorem sententiam Rubens in d. S. ad crimen, n. 114. quod scilicet nõ tenetur cauere, nec de iudicio fessi, nec de iudicato soluendo, licet in quæstione videantur corrupta verba ipsius Ruben. Idè attestatur Menchiaci controuerf. vsu. freq. c. 17. nu. 8. Illud tamen, quod dictū est de defensione, cessat secundum meam opi. & practicas huius prouinciæ, quod scilicet nullo modo admittatur excusator ad rei defensionem, vt dixi supra, vers. sed quod plus est.
 r *Vltimo quæro, quod si pater, aut dominus pro seruo, vel filio inquisitis cõpareant ad eorum defensionem suscipiendam, nõ quid debeant admitti.* Respon. quod si compareant non tamquam procuratores, aut defensores eorum, sed pro interesse suo, vtique sunt admittendi. Et ita tenent esse communem opi. Bal. quæ refert Baptista à S. Blasio inter consil. crim. diuersorum,

conf. 77. n. 8. lib. 2. Marian. in d. c. veniens, post num. 87. vers. in aduerse. Et q. admittatur pater pro filio, dicit esse communem opin. tam Legistarū quam Capol. Alex. de Neuo conf. 90. nu. 2. quod est repetitum inter consilia criminalia diuersorum, conf. 89. lib. 1. Dicit etiam Capolla consil. crim. 75. in primis verbis, quod hæc communiter obseruatur, & praticatur in iudicio, & conf. crim. 55. vers. dixi tertio. dicit, q. hanc opin. sequuntur omnes scribes in materia, & cõf. crim. 47. vers. sed prædictis, dicit, quod communiter omnes Doctores ita concludunt. Et q. dominus admittatur pro seruo voluit glo. in l. 2. in gl. fi. C. de accusat. quam dicit esse communiter approbatam Riminal. conf. 17. nu. 9. Et generaliter dicit Boff. in tit. an crim. iud. nu. 17. q. dominus pro seruo, pater pro filio, vxor pro viro, abbas pro monacho, episcopus pro clerico, princeps pro suo subdito, ciuitas pro suo ciue, & similes, possunt pro interesse proprio, nõ autè pro nemine ipsorum vocatorum ad iudiciū uenire, & eos defendere. Et dicit, q. hæc est communis oim opi. Idè dicit Blanc. in pract. cri. fol. 23. nu. 62. quod practica est, quod Pater vult facere defensionem pro filio, compareat coram iudice, prius sibi facto speciali mādato per ipsum filium de confitendo delictum, & quod deinde pater confitendo delictum faciat defensionem filij, probanda, puta, quod homicidium fuit casu commissum, vel ad necessariā defensionē, vel q. mortuus non decessit ex vulnere, & subdit, quod ita seruatur in practica. ¶ Poterit fortè hæc practica obseruari in locis, in quibus viget talis consuetudo, sed in hac prouincia hæc reputarentur somnia, si proponerentur coram Iudicibus, nam (vt sæpè dixi) vbi ingeritur pena corporalis, nullus auditur pro reo, nisi personaliter compareat, & ita seruando non errabis. Bene posset pater, si filius accusatus, aut inquisitus, esset clericus cõparere, & declinare forum. Et ita dicunt Doct. vt ait Bal. in l. 1. nu. 31. C. de accus. Credo etiā q. non modo priuilegiū clericatus, sed quodcunque aliud, ex quo notoriè appareret citatum non esse subditum iudicis citantis, posset per procuratorem, vel excusatorem exhiberi.

ditum iudicis citantis. Excusator autem allegas absentiam malitiosè allegaret, quando appareret, quod citatus vult fuit in loco delicti eo die, quo fuit commissum delictum vel die precedenti, vel sequenti, secundum Caracium tam super gitum magna curiæ 266. nu. 7. Guot.
 p *Idè dicit Blancus.* Vide eundem Blanc. fol. 40. numer. 30. in alio casu. Ros.
 q *Poteris hac practica seruari.* Vide Alexandr. cõf. 4. vol. 6. clarius Alex. de Neuo inter consilia criminalia diuers. conf. 289. part. 1. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 80. num. 5. 8. sequere tamen practicum Clari, quicquid in contrarium dicant; Nam vera esse uõ potest Menochij sententia, dum dicit, quod statim potest cõstare rei innocentia, quia non potest dici statim, & incontinētiquoties examinadi sunt testes, vel producenda instrumenta, vt per eundem Menochium dicto tractatulo libro secundo, centuria 1. ca. 12. in fin. & q. 17. in fin. quicquid etiam dixerit Chart. tract. de exequ. sentent. in præf. n. 46. & in quantum hic dicit, quod Princeps pro subdito comparet debet, & etiā Armamouente, vt per Deci. in l. non videtur defendere, nu. 77. ff. de regul. iur. lege quæso, orationē Cassij ad exercitū ex Appio Alexā. ciuilib. bell. 4. te Legistorē pro legib. Dominū pro populo, & in quantum hic in fin. loquitur de comparere pro clerico, vide Marsil. de fideiussor. num. 278. Drog.
 r *Bene potest pater.* Declinatio fori a procuratore, vel excusatore proponi potest, quando notoria est. Farin. q. 99. num. 162. Ros.

Q V A E